

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. IV. Vlteriùs ostenditur Angelum non esse in loco per operationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

loco mutabilis, cum res corporeas per varia movere loca possit, & aliunde ipsi non repugnet denominatio extrinseca à re creatâ. Deinde mutabilitas propriè sonat aliquid intrinsecum; nec enim mutari dicitur ignis quando calorem aut ignem in alio subiecto producit, sed solum mutatur illud subiectum. Arguitè quidem sequitur Angelum esse hic, & huic corpori præsentem, si illud moveat, aut aliud in eo effectum producat: non tamen per hanc operationem formaliter loco illi coëxistit.

## SECTIO QUARTA.

Vlterius ostenditur Angelum non esse in loco per operationem.

I.  
Angelii in  
Cælo Empy-  
re nul circa  
illud operâ-  
tur.

**Q**UARTÒ probatur: nam ut rectè Suarez citatus num. 7. Angelii & Animæ separatae sunt in variis locis, in quibus nihil omnino operantur transunter. Angelii enim in Cælo Empyre nullam circa illud, vel aliud corpus actionem exercunt, sicut nec dæmones in inferno, aut in corporibus obfessorum, saltem semper, & tamen etiam quando nihil externum agunt, sunt in inferno, & ibidem adhuc cruciantur, ergo universum esse Angelum in loco non est operari in illo circa corpus transunter.

II.  
Rejiciunt  
Responsio af-  
ferens dæmo-  
nes esse in in-  
ferno quia in  
ipso.

Dices: licet dæmones nullam actionem extera-  
nam circa corpus aliquod elicant in inferno, cor-  
pus tamen econtrariò actionem exercet circa illos,  
nam ignis in ipsis aliquid producit quod eos cru-  
ciet. Contra primò, hac enim responsio rem per  
se certam, & de fide explicat per opinionem valde  
incertam, & à plurimis Theologis negatam. Contra  
secundò: saltem hæc responsio non subsistit in  
Angelis in Cælo Empyre & animabus antiquorum  
Patrum in Limbo detentis. Contra tertio: si enim Angelus per hoc sit in loco, quod res cor-  
poreas agat in ipsum, ergo & vicissim res corpo-  
rea erit in loco per hoc quod Angelus in illam  
agit, sicque non subsistit prior modus statuendi  
Angelum in loco per actionem in corpus.

III.  
Angelii in  
sphæram totum  
sphæra parte  
existens mo-  
quet totam.

Quinto: nam ut benè arguit Scotus, Angelus  
movens cœlum exempli gratiâ, in totâ sphæra operatur, cum illam totam moveat, & tamen non  
toti sphæra, sed uni tantum illius parti est præ-  
fens, ergo Angelus non est in loco per operatio-  
nem. Tandem hoc modo datur ansa hereticis  
eludendi mysteria fidei, dicent enim corpus Christi  
esse in Eucharistia per operationem, licet secundum præsentiam sit tantum in cœlo: dicent  
inquam esse in altari per operationem, sicut sol  
dici potest esse hic in aere quia hic operatur, &  
producit lucem, quæ tamen existentia & præsen-  
tia est valde diminuta, ac metaphorica; est tamen  
æquæ propria ac adversarii tribuunt Angelis.

IV.  
Trustra re-  
currunt ad  
versarii ad  
occultas  
qualitates.

Dices cum Cajetano, Ferrara, & aliis, Ange-  
los in Cælo Empyre, & dæmones in inferno  
occultas quasdam qualitates producere, & per  
hanc productionem, in iis locis existere. Sed  
contra: ergo & animæ in Limbo occultam illic  
aliquam qualitatem corpoream producere debe-  
rent, quod tamen opinor nullus concedet, cum  
præter motum, non appearat quid anima aut An-  
gelus in corpore aliquo producat. Respondetur  
itaque gratis singi hujusmodi occultas qualitates,  
nec ad aliud excogitari, nisi ut aliquo modo sol-  
vatur argumentum, vel potius eludatur.

V.

Nec majorem habet probabilitatem, quod ait

idem Cajetanus, esse scilicet Angelos in loco per <sup>Mulcij eni-</sup>  
operationes intellectus & voluntatis, quos ibi <sup>nisi sunt An-</sup>  
dem exercent. Hoc inquam praterquam quod <sup>geli in loco</sup>  
patiatur omnes impugnationes prioris sententiae, <sup>per operati-</sup>  
& eontra Angelii beatæ circa infernum, ergo per <sup>nitas immo-</sup>  
hos actus existere nequeunt in loco.

Si quis vero objicit S. Thomam hic afferen- VI.  
tem Angelum non esse in loco instar aliarum re- <sup>Quid vela</sup>  
rum, sed equivocè, & per applicationem virtutis <sup>S. Thomam,</sup>  
Respondetur solum velle Sanctum Docto- <sup>dum ait ad-</sup>  
rem, Angelum & res alias spirituales non esse in <sup>gelum esse in</sup>  
loco per physicum contactum, & contiguitatem <sup>loco per ap-</sup>  
extremorum. Per applicationem autem virtutis <sup>placitionem</sup>  
non intelligit operationem, sed formam aliquam <sup>virtutis</sup>  
vel qualitatem intrinsecam, per quam Angelus <sup>Angeli est</sup>  
reddatur præsens spatio imaginario, & proxime applicatus rei, ita ut posit in eam agere. Unde <sup>in loco per ap-</sup>  
& ipsi Thomistæ circa mentem S. Thomæ valde <sup>licationem</sup>  
hac in parte sunt inter se divisi.

Est ergo Angelus, sicut res aliae, in loco per VII.  
ubicationem intrinsecam, per quam tali parti spa- <sup>in loco per ap-</sup>  
tii imaginarii respondet: quam sententiam latè de- <sup>licationem</sup>  
claravi, & probavi Disp. 34. phys. per totam. <sup>in loco per ap-</sup>  
Diput. etiam 13. phys. l. 5. ubicationem omni- <sup>licationem</sup>  
mem Angelicam respectu spatii divisibilis ostendi <sup>in loco per ap-</sup>  
esse divisibilem: de quibus proinde nil opus hic <sup>in loco per ap-</sup>  
quidquam adjicere, nec ibi dicta repete.

## SECTIO QUINTA.

Possintne plures Angelii esse simul in  
eodem loco.

**R**ESPONDETUR affirmativè: cum enim possit I.  
Angelus intimè præsens esse rei materiali, in etiam  
sicut anima est penetrata cum corpore, à fortiori multorū  
duo Angeli, vel anima penetrari poterunt inter  
se. Deinde multi dæmones sapienterunt in eodem  
homine: unde in Evangelio dicitur Christus integrum legiōnē dæmonum ex uno homine expulisse, qui tamen sine penetratione in tantillo loco esse vix poterant; saltem penetrabantur cùm ani- <sup>Cum ani-</sup>  
ma, imò & cum corpore illius hominis, ergo & <sup>mā & cor-</sup>  
penetrari invicem poterant inter se. Ex hoc deni- <sup>penetrari</sup>  
que Evangelii loco colligunt multi ex Sanctis Pa- <sup>Angeli er-</sup>  
tribus Angelos esse incorpores. Cùm itaque <sup>go & inter</sup>  
nullam habeant quantitatem, non sunt vel inter <sup>geli.</sup>  
se, vel cum aliis rebus impenetrabiles.

Quando ergo S. Thomas hic, q. 52. art. 3. II.  
negare videtur posse duos Angelos esse simul in <sup>Que sive</sup>  
eodem loco, solum vult, ut ait Pater Hurtado <sup>reger S. Tho-</sup>  
num. 58. non posse esse simul in ratione caula <sup>mai & se</sup>  
duplicis totalis, que naturaliter repugnat. Alii <sup>plures An-</sup>  
volunt solummodo negare S. Thomam id fieri <sup>gelos esse</sup>  
posse secundum contactum physicum: unde ibi- <sup>in eadem</sup>  
dem ad tertium concedit dæmonem & animam in <sup>loci</sup>  
eodem loco penetrari possit inter se in eodem cor-  
pore. Pater Suarez tamen hic lib. 4. cap. 9. fate-  
tur S. Thomam esse in contraria sententia.

Addo contra P. Suarez num. 3. non in eodem <sup>plures An-</sup>  
solum loco, sed per eandem etiam formam, seu <sup>gelos esse</sup>  
ubicationem posse duos, vel plures Angelos esse <sup>deinceps vel</sup>  
eodem spatio affixos, saltem divinitus; nulla enim <sup>deinceps vel</sup>  
est repugnativa ut detur modus duorum, sicut <sup>deinceps vel</sup>  
secundum.